Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35036
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



ritis me interficere hominem qui veritatem locutus sum q
audivi a deo. Hoc abraham fecit. Vos facitis opa pa
tris vestri. Dixerunt itaq; ei. Nos ex fornicatione non sumus
nati. unum patrem habemus deum. Dixit ergo eis ihs. Si ds pat
ris vestri esset. diligeretis utique me. Ego enim ex deo processi. et venio;
Neq; enim a me ipso venio. sed ille me misit. Cur loquelam
meam non agnoscitis. Quia non potestis audire sermonem meum;
Vos ex patre diabolo estis. & desideria patris vestri vultis facere.
Ille homicida erat ab initio. & in veritate non stetit. quia non
est veritas in eo. Cum loquitur mendacium ex propriis loquitur.
quia mendax est. & pater eius. Ego autem veritatem dico. & non
creditis mihi. Quis ex vobis arguet me de peccato. Si veritatem
dico. quare vos non creditis mihi. Qui est ex deo verba dei audit.
Hec dicit dnus ds. Alma que peccaverit. fria. vi. Ezechiet xviii
ipsa morietur. filius non portabit iniquitatem patris. & pater non
portabit iniquitatem filii. Justicia iusti super eum erit. &
impietas impii erit super eum. Si autem impius egerit peni
tenciam ab omnibus peccatis suis que operatus est. & custodi
erit universa precepta mea. & fecerit iudicium. & iusticiam. vita vi
vet. & non morietur. Omnium iniquitatum eius que operatus est. non
recordabor. In iusticia sua quam operatus est. vivet. Numquid
voluntatis mee est mors impii dicit dnus ds. & non ut convi
tatur a viis suis. & vivat. Si autem averterit se iustus a iusti
cia sua. & fecerit iniquitatem secundum omnes abhominationes
quas operari solet impius. numquid vivet. Omnes iusticie
eius quas fecit non recordabuntur. In preuaricatione qua p
uaricatus est. & in peccato suo quod peccavit. in ipso morietur.
Et dixistis. Non est equa via domini. Audite domum israel. Numq̃d